

ii  
N. B.  
Paulo post mediam hujus Libri  
Partem Explicit una Pagina  
his verbis

Dominus Galfredus Louterell  
me fieri fecit



481.C  
393c



Batus uir qui non a  
bit in consilio impio  
rum: et in uia peccato  
rum non stetit. et in ca  
theda pestilencie non

sedit.

Et in lege domini uoluntas eius:  
et in lege eius meditabitur die ac nocte

Et erit tanquam lignum quod  
plantatum est secus decursus aqua  
rum: quod fructum suum dabit  
in tempore suo

Et folium eius non defluet: et om  
nia quecumque faciet semper prof



tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum: sicut leo rapiens et rugiens.

Sicut aqua effusus sum: et dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tanquam cera: liquecens in medio ventris mei.

Aruit tanquam testa virtus mea: et lingua mea adhesit faucibus meis. et in pulverem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi: consilium malignanti

Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te domine.

Domine illuminatio mea: et salus mea quem timebo.

Domine protector vite mee: a quo trepidabo.

Dum appropiant super me nocentes: ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt et ceciderunt.

Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meum.

Si exurgat aduersum me prelium:



**D**iligite dominum omnes sancti eius: quoniam ueritatem requiret dominus: et retribuet habundanter facientibus superbiam.

**Q**uoniam ueritatem requiret dominus: et retribuet habundanter facientibus superbiam.

**E**ati quorum remisse sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata.

**B**eatus uir cui non imputauit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.

**Q**uoniam tacui inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die.

**Q**uoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in erumpna mea dum configitur spina.

**D**elictum meum cognitum tibi feci et in iusticiam meam non abscondi.

**D**ixi confitebor aduersum me in iusticiam meam domino: et tu remisisti impietatem peccati mei.

**P**ro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore oportuno.

**U**eruntamen in diluuiio aquarum multarum: ad eum non ap



**N**oli emulari in malignan-  
tibus: neque zelaueris facien-  
tes iniquitatem.

**Q**uoniam tanquam fenum ue-  
lociter arefcunt: et quemadmodum  
olera herbarum scito decidant.

**S**pera in domino et fac bonitatem:  
et inhabita terram et pascaris in di-  
uicijs eius.

**D**electare in domino: et dabit tibi  
petitiones cordis tui.

**R**euela domino uiam tuam et  
spera in eo: et ipse faciet.

**E**t educet quasi lumen iusticiam

confitebor illi: salutare uultus mei  
et deus meus.

**A**d me ipsum anima mea turba-  
ta est: propterea memor ero tui de  
terra iordanis. et hermonium a mon-  
te modico.

**A**bissus abissum inuocat: in uo-  
ce catharactarum tuarum.

**O**mnia excelsa tua et fluctus tui:  
super me transierunt.

**I**n die mandauit dominus miseri-  
cordiam suam: et nocte canticum eius.

**A**pus me oracio deo uite mee: di-  
cam deo susceptor meus es.



**D**eus deorum dominus lo-  
cutus est: et uocauit terram.

A solis ortu usque ad occasum:  
ex syon species decoris eius.

Deus manifeste ueniet: deus nos-  
ter et non silebit.

Ignis in conspectu eius exardescet:  
et in circuitu eius tempestas ualida.

Ad uocauit celum desursum: et ter-  
ram discernere populum suum.

Congregate illi sanctos eius: et  
qui ordinant testamentum eius  
super sacrificia.

Et annuntiabunt celi iusticiam



94  
eius: quoniam deus iudex est.

Audi populus meus et loquar is-  
rael: et testificabor tibi deus deus  
tuus ego sum.

Non in sacrificiis tuis arguam  
te: holocausta autem tua in con-  
spectu meo semper sunt.

Non accipiam de domo tua uitu-  
los: neque de gregibus tuis hircos.

Quoniam mee sunt omnes fere  
siluarum: iumenta in montibus  
et boues.

Cognoui omnia uolatilia celi:



**Q**uia repleta est malis anima mea:  
et uita mea in inferno appropinquauit.  
**E**stimatus sum cum descendentibus  
in lacum: factus sum sicut homo sine  
adiutorio inter mortuos liber.

**S**icut uulnerati dormientes in sepul-  
cris: quorum non est memor amplius  
et ipsi de manu tua repulsi sunt.

**P**osuerunt me in lacu inferiori: in  
tenebrosis et in umbra mortis.

**S**uper me confirmatus est furor tuus:  
et omnes fluctus tuos induxisti  
super me.

**L**onge fecisti uocatos meos a me: po-



suerunt me abhominacionem sibi.  
**T**raditus sum et non egrediebar: o-  
culi mei languerunt pro inopia.

**C**lamavi ad te domine: tota die ex-  
pandi ad te manus meas.

**N**umquid mortuis facies mirabilia:  
aut medici suscitabunt et confitebun-  
tur tibi.

**N**umquid narrabit aliquis in sepul-  
cro misericordiam tuam: et ueritatem  
tuam in perditione.

**N**umquid cognoscentur in tenebris  
mirabilia tua: et iusticia tua in terra  
obliuionis.



**Q**uoniam quis in nubibus equabitur domino: similis erit domino in filius dei.

**D**eus qui glorificatur in consilio sanctorum: magnus et terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.

**D**omine deus virtutum quis similis tibi: potens es domine et ueritas tua in circuitu tuo.

**C**ui dominaris potestatis maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.

**C**ui humiliasti sicut uulneratum superbum: in brachio uirtutis tue dis-

persisti inimicos tuos.


**C**ui sunt celi et tua est terra: orbem terre et plenitudinem eius tu fundasti: a quilonem et mare tu creasti.

**S**haboi et hermon in nomine tuo exultabunt: tuum brachium cum potentia.

**E**rmetur manus tua et exaltetur dextera tua: iusticia et iudicium preparatio sedis tue.

**M**isericordia et ueritas precedent faciem tuam: beatus populus qui sentit iubilacionem.

**D**omine in lumine uultus tui am-





In eternum seruabo illi misericordiā  
meam: ⁊ testamentum meum fidele ipſi.

Et ponam in ſeculum ſeculi ſemen  
eius: et tronum eius ſicut dies celi.

Si autem dereliquerint filii eius le-  
gem meam: ⁊ in iudicijs meis non  
ambulauerint.

Si iuſticias meas prophanaue-  
rint: ⁊ mandata mea non custodierint.

Uſitabo in uirga iniquitates eorū:  
⁊ in uerbibus peccata eorum.

Miſericordiam autem meam non  
diſpergam ab eo: neque nocebo in ue-  
ritate mea.



Neque prophanoabo testamentum me-  
um: ⁊ que procedunt de labijs meis  
non faciam irrita.

Semel iurauit in ſancto meo: ſi dauid  
menciar ſemen eius in eternum ma-  
nebit.

Et tronus eius ſicut ſol in conſpectu  
meo: ⁊ ſicut luna perfecta in eternum.  
⁊ teſtis in celo fidelis.

Tu uero repuliſti ⁊ deſperuſti: diſtulif-  
ti xpistuſ tuum.

Auertuſti testamentum ſerui tui: pro-  
phanaſti in terra ſanctuarium eius.  
Deſtruſti omnes ſepes eius: poſu



protegam eum quoniam cognouit  
nomen meum.

**C**lamauit ad me et ego exaudiam  
eum: cum ipso sum in tribulacione  
eripiam eum et glorificabo eum.

**L**ongitudine dierum replebo eum:  
et ostendam illi salutare meum.

**B**onum est confiteri domino:  
et psallere nomini tuo altis-  
sime.

**N**on annunciamus mane misericor-  
diam tuam: et ueritatem tuam per  
noctem.

**I**n decacordo psalterio: cum cantico



lignantes: aut quis stabit mecum ad  
uersus operantes iniquitatem.

**N**isi quia dominus adiuuit me: pau-  
lominus habitasset in inferno anima  
mea.

**S**i dicebam motus est pes meus: mi-  
sericordia tua domine adiuuabat me.

**S**ecundum multitudinem dolorū  
meorum in corde meo: consolaciones  
tue letificauerunt animam meam.

**Q**uomodo adheret tibi sedes iniqui-  
tatis: qui fingis laborem in precepto.

**C**aptabunt in animam iusti: et san-  
guinem innocentem condemnabunt.



**E**t factus est michi dominus in re-  
fugium: et deus meus in adiutoriū  
spei mee.

**E**t reddet illis iniquitatem ipsorū:  
et in malicia eorum disperdet eos: dis-  
perdet illos dominus deus noster.

**V**enite exultemus domino:  
iubilemus deo salutari  
nostro.

**P**rocurpemus faciem eius in con-  
fessione: et in psalmis iubilemus ei.

**Q**uoniam deus magnus domi-  
nus: et rex magnus super omnes  
deos.



**Q**uia in manu eius sunt omnes fi-  
nes terre: et altitudines montium  
ipsius sunt.

**Q**uoniam ipsius est mare et ipse fe-  
cit illud: et siccam manus eius forma-  
uerunt.

**V**enite adoremus et procidamus et  
ploremus ante dominum qui fecit  
nos: quia ipse est dominus deus noster.

**E**t nos populus pascue eius: et oues  
manus eius.

**H**odie si uocem eius audieritis: no-  
lite obdurare corda uestra.

**S**icut in irritatione: secundum diē



afferte domino gloriam nomini eius.

**C**ollite hostias ⁊ in troite in atria eius: adorate dominum in atrio sancto eius.

**C**ommoueat a facie eius uniuersa terra: dicite in gentibus quia dominus regnauit.

**E**t enim corripit orbem terre qui non commouebitur: iudicabit populos in equitate.

**L**etentur celi et exultet terra: commoueat mare et plenitudo eius: gaudebunt campi ⁊ omnia que in eis sunt.



**T**unc exultabunt omnia ligna siluarum a facie domini: quia uenit quoniam uenit iudicare terram.

**I**udicabit orbem terre in equitate: ⁊ populos in ueritate sua.

**D**ominus regnauit exultet terra: letentur insule multe.

**N**ubes ⁊ caligo in circuitu eius: iusticia et iudicium correccio sedis eius.

**I**gnis ante ipsum precedet: ⁊ inflam mabit in circuitu inimicos eius.

**L**luxerunt fulgura eius orbi terre: uidit ⁊ commota est terra.

**M**ontes sicut cera fluxerunt a facie



tum nostrum

**R**ecordatus est quoniam pulvis  
sumus: homo sicut fenum dies eius  
tanquam flos agri sic efflorescit:

**Q**uoniam spiritus pertransibit in  
illo et non subsistet: et non cognoscat  
amplius locum suum

**M**isericordia autem domini ab eter-  
no: et usque in eternum super timen-  
tes eum

**E**t iusticia illius in filios filiorum:  
hinc qui seruiant testamentum eius.

**E**t memores sunt mandatorum  
ipsius: ipsius: ad faciendum ea.

**D**ominus in celo parauit sedem su-  
am: et regnum ipsius omnibus do-  
minabitur

**B**enedicite domino omnes angeli  
eius potentes uirtute facientes uer-  
bum illius: ad audiendam uocem  
sermonum eius

**B**enedicite domino omnes uirtu-  
tes eius: ministri eius qui facitis  
uoluntatem eius

**B**enedicite domino omnia opera  
eius: in omni loco dominationis  
eius benedic anima mea domino.

**B**enedic anima mea domi



pudore: et operiantur sicut diploide  
confusione sua

**C**onfitebor domino nimis in  
ore meo: et in medio multorum  
laudabo eum

**Q**ui astitit a dextris pauperis:  
ut saluam faceret a persequentibus  
animam meam:

**G**loria patri  
**D**ñs Galfridus louterell me fieri  
fecit



**S**it dominus domino  
meo: sed a dextris me  
is

**D**onec ponam inimi  
cos tuos: sabellum pedum tuorum.

**E**rgam uirtutis tue emittet domi  
nus ex syon: dominare in medio in  
imicorum tuorum

**E**cum principium in die uirtutis  
tue in splendoribus sanctorum: exite  
ro ante luciferum genui te

**E**rauit dominus et non penitebit  
eum: tu es sacerdos in eternum. se  
cundum ordinem melchisedech.



in domino: adiutor eorum ⁊ protec-  
tor eorum est.

**D**ominus memor fuit nostri: ⁊ be-  
nedixit nobis.

**B**enedixit domui israel: benedixit do-  
mui aaron.

**B**enedixit omnibus qui timent do-  
minum: pusillis cum maioribus.

**A**diciat dominus super uos: super  
uos ⁊ super filios uestros.

**B**enedicti uos a domino: qui fecit  
celum ⁊ terram.

**C**elum celi domino: terram autem  
dedit filijs hominum.



**N**on mortui laudabunt te domine:  
neq; omnes qui descendunt in infer-  
num.


**S**ed nos qui uiuimus benedicimus  
domino: ex hoc nunc et usq; in secu-  
lum.

**S**peretis: quoniam exaudiet do-  
minus uocem orationis mee.  
**Q**uia inclinauit aurem suam mi-  
hi: ⁊ in diebus meis inuocabo.

**C**ircumdederunt me dolores mor-  
tis: et pericula inferni inuenerunt me.

**T**ribulationem ⁊ dolorem inueni: ⁊  
nomen domini inuocaui.






salua me: **V.** Deus in nomine tuo



saluum me fac domine et in uir



tute tua libera me: Quia. **scviii**

**D**elli mee consumptis car  
nibus adhesit os meum:

et derelicta sunt tantummodo la  
bia circa dentes: miseremini mei

miseremini mei saltem uos ami  
ci mei: quia manus domini teti

git me: Quare persequimini me si  
cut deus: et carnibus meis satura

